

stea optimus poæta, adeo vt cum procœ  
res Saulis consultarent de Musico , qui  
Regem furentem mulceret, Dauid om  
nibus sit prelatus, vt qui iuuenis ruffus,  
pulchra facie, & decoro aspectu ac peri  
tissimus Citharoœdus esset, ob quæ etiā  
principio a Saule in delitijs habitus est.

Et quia ad Citharam suos versus ce  
cinit, Lyrico magis carmine Trimetro  
nimirum, & Tetrímetro vsus est, q̄ alijs  
generibus, vt testat̄ Iosephus Antiqui.  
lib. vij. cap. xvij. cum ait, Expeditus Da  
uid a prelijs, catica, hymnosq; vario me  
tro cōposuit, alios quidē trimetros, alios  
pētametros, canora Cithara decē chor  
dis coaptata, hæc cum plectro percuti  
tur, nabulum duodecim sonos habens  
dīgitis tangit, subscribit Iosepho Sabel  
licus & affirmat Dauide omnib. circa  
gentibus pacatis, religionis studia com  
plexum hymnos trimetros, & cum his  
penta